Sit omnibus notum quod Ego Bernardus de Casadeval de Riuosicco parrochie de Matre magna franchus et liberatus a dominio domini Episcopi Gerunden cuius fui homo proprius

sponte euenio et facio me hominem proprium et solidum Monasterii Sancti Danielis Gerunden in manu et posse vestri Petri de Vilanova civis et procuratoris dicti Monasterii nomine

ipsius Monasterii recipientis cum omni prole ex me descendente et cum bonis meis mobilibus. Promittens vobis nomine dicti Monasterii recipienti quod ero ipsi Monasterio et regen-

tibus ipsius fidelis et legalis de corpore et avere tamquam domino meo naturali et non intrabo causa morandi aliquod Castrum villam vel Ciuitatem nec aliquid aliud sa[illegible]

preterquod dictum monasterium me admittere possit et alibi habitari. Et hec facio pro eo quia habeo et teneo mansum vocatum de Mozarello de Riuosicco parrochie predicte

[illegible] qui tenentur per dictum monasterium et qui michi aduenit in hereditate Guillelme filie Grabiti de Mozarello quondam de quo manso dictum monasterium habet

et habere debet homines et feminas. Iurans sponte per deum et eius sancta iiii^or euangelia corporaliter a me tacta predicta omnia attendere et complere et in aliquo

non contravenire aliqua racione. Et ad maiorem firmitatem de predictis habendam facio in presenti Petro de Vilanova predicto nomine dicti Monasterii recipienti homa-

gium ore et manibus comendatum. Actum est hoc [illegible] kalendas aprilis. Anno domini M ccc xx secundo. Sig+num Bernardi de Casadeval predicti qui hec

firmo et laudo. Testes huius rei sunt. Petrus Vitalis de Matremagna et Arnaldus de Torrente Gerunde canonicus.

Sig+num Arnaldi de Manso notarii publici substituti auctoritate regia a [illegible] de Toylano publico Gerunde notario qui hoc scribi fecit et clausit cum suprascripto in linea secunda ubi dicitur

ueri. et cum raso et emendato in linea nona ubi dicitur xxii.

16-3-1323 n. 637

[illegible]

Instrucio de home propri ~~[illegible]~~ per

Barnat Casadevall de rusen de maire

Mas. Moratell — mania per raho que te lo mas Moratell

S. Saduni. de rusen de S. Sadorni al 16 mars

a 1332 (2) 3

N. 10 del segon Plec de S. Sadorni

AC f 288v

T. 305 X 130

899

N. 59 Homenatge Mas Moratell

[illegible] Llibre 2 f. 44